



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCXLII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](#)

præstitit quando maxime subest aliqua iuxta causa, qu
cum a dolo uel negligentia excusat, ex quo etiam nō po
tuit a diligentissimo prouideri, secundum tex. in l. idem
art. 6. sed gratis. ff. natu. caup. sta. Mars. in l.i. 6. preterea
95. nu. ff. de quæstio. Bar. in l. semper. 6. hoc interdictu. ff.
quod ui aut clam. Saly. in l. fin. C. de dolo. Bal. in l. gene
ro. ff. de ijs quæ not. infam. Felin. in c. nonnulli de rescip.
col. 36. Roma. consi. 510. nu. 22. & 23. Bal. consi. 174. nu. 1.
uol. 2. Alex. consi. 172. nu. 4. uol. 5.

- 1 Fallit 1. quando infra decem dies denunciatum est, merico, seu saltario, q[uo]d debeat dare malefactorem conuictum, uel confessum: quo termino elapsus si mericus, seu saltarius non dederit damnificatorem. Tunc committetur ad refectionem damni illati. aliter absoluetur commune: denunciatione seu intimatione, Merico non facta, secundum partem & prouisio Tar. factam de anno 1436, die 27. Aprilis ultra dispositione statuti Tar. sub rubrica de bestiis occisis, lib. tractatu 10. cap. 17. incip. Item ordinamus, & prouisionem factam 1495.
- 2 Fallit in territorio Paduano, quando dominus fundi habet gastaldionem in domibus & terris existentibus in districtu prout in parte facta de anno 1537.
- 3 Fallit in castro Conegliani quando ante damnum illatum bona, domus uacua, seu blada in campaneis confignata fuerunt merico, & ipse acceperit pro consignata si damnum euenerit, & mericus infra tempora limitata non dederit damnificatorem conuictum, uel confessum, tunc commune tenetur, aliter absoluetur, uirtute sententie 1499.

R E G U L A C C X L I I .

- 1 Utens coram iudice falso instrumento potest puniri de falso, ex quo illud in iuditio produxit & usus est: nam omnino male factum præsumitur ab eo factum, si de cuius communione tractatur. ut l.i. 6. si quis in suo ff. ne quid in loco publico fiat, ibi eum enim uideri factum, qui usum eius aquæ habuit, & ita affirmant omnes doct. in l. maiorem, C. de

C. de fals. ratio est, & ex eo q̄ qui utitur instrumento fal-
so, pr̄sumptio insurgit contra producentē, q̄ fecerit il-
lud uel fieri mandauit. secundum Abba. in c. inter dilec-
to. not. 5. de excessi. pr̄lat. Alex. consi. 77. num. 1. uol. i. &
Bar. consi. 199. Deci. in consi. 175. nu. 4. uol. i. & c. quanto,
de ijs quæ fiunt a maio. parte cap.

- 1 Fallit hæc regula nisi producens instrumentum docue-
rit a quo habuit, uel a quo notario factum & celebratum
fuerit, quæ probatio illico coram iudice luce clarior ap-
pareat, pro ut etiam dicitur de re furtiva reperta pœnes
fureni, ut Bar. in l. fin. col. ult. ff. de quæst. & de monetario
ex pendente reprobam pecuniam, qui si non constat unde
habuerit, illico condemnatur; quæ materia tractatur per
doct. in d. l. maiorem de fals. Ratio est, quia probatio falsi
debet de necessitate concludere, secundum Bal. in l. iu-
risgent. s. quod ferre. ff. de pact. & can. in c. in presentia
de probat. Deci. d. consi. 175. nu. 4. uersi. quibus. tamen
non obstant.
- 2 Fallit etiam quando unum uerisimile, additur pluribus
uerosimilibus tunc resultat plena probatio, cōtra inculpa-
tum, ut c. cum p. Manchonella in 7. col. de accusat. & ibi
Franc. de Aret. Mars. sing. 396. & sing. 343. & Bal. in l. te-
stium penul. col. de testib. ubi dicit, q̄ magis creditur pauci
cis testibus deponentibus uerosimilia: quam centum non
uerosimilia deponentibus; ubi multa accumulat more suo
solito, q̄ nota.
- 3 Fallit etiam q̄ committens falsum in causa perdit cau-
sam, per tex. in l. si non obrepserit, & glo. i. ff. de falsis. Bal.
& Barba. in c. olim de rescript. Bar. in l. i. s. ij. penult. quæst.
ff. de fals. Deci. in c. cum uenerabilis. nu. 90. & 95. de ex-
cept. & Bar. in l. in fraudem s. quoties apud fiscum. ff. de
iure fisci. Boe. late q. 291. per totam.

REGULA CCXLIII.

- 1 Vrunque ius ciuile & canonicum in suo foro est ser-
uandum, doct. in c. i. de oper. no. nunc. & ij. q. 3. c. euphe-
mijum.